



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Sect. 2. Descriptio Geographica ditionis Mirandulanæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

POLITIA. Habuit Dux ille ditionem suam fiduciariam ab vno Imperatore cum iure cudendæ pecuniæ, quâ vsus est aliquando non sine probro, quasi cuderetur hic adulterina; quare vicini Principes eius vsus in suis ditionibus interdixere. Vix tria subditorum millia armare potest. Tuebatur partes Hispanas, & ab eo pensionis nomine sex aureorum millia recipiebat, cum alâ Cataphractorum equitum in regno Neapolitano. 300. millia annui redditus ex ditione suâ recipiebat.

SECT. II. *Descriptio Geographica ditionis Mirandulane.*

- VR- } MIRANDVLA: *Mirandola*, nobis *la Mirandole*, aut *la Mirande*, de cuius origine fabulam supra attigimus.
 BES }
 DI- } Olim fuit admodum exigua & castrum dumtaxat, cuius locus dicitur etiamnum *Castelletto*, adiectus ei
 TIO- } burgus qui postea muris cinctus est: nunc 7. aggeribus regis vallata est, & arce permunitâ cum castro
 NIS } quod vocant *la Rocca*, cum 4. propugnaculis excitatis dum urbem obsedit Iulius III. dicunturque castra
 MI- } S. Michaelis, S. Iustinæ, S. Martini, & S. Antonij.
 RAN- } CONCORDIA: *Concordia*, nobis *Concorde*, Comitatus caput creati à Sigismundo Imperatore. Locus olim
 DV- } permunitus fuit, sed dissectus à Galcoto II. filio Ludouici, postea tamen vrbs reparata est, & in dies la-
 LA- } tior euadit, ad Fl. Secium *Secchia*.
 NÆ. } Quadraginta: *Quarantula*: ita dicta à Quadraginta liberis nobilibus oriundis ex Manfredo, de quo supra, & ex eâ familiâ orti dicuntur esse Pici, Pij, Manfredi, & alij. Fit sæpe mentio Aulæ Quarantulanæ in historiâ Italicâ.
 FLV- } Portus Verus: *Porto Vecchio*, in limite Ferrariensi.
 VII. } SECIVS: *Secchia*, ad quem fixa Concordia: hic mox labitur in agrum Mantuanum, vbi cadit in Padum.
 } Quarantulana Fossa: *Fossa di Quarantula*.
 } Refana Fossa, hunc agrum dirimens à ditione Mutinensi.